

COLLEGII CONCIONATORII MAIORIS
In Nuptias

Viri Reverendi atque Clarissimi Domini

THOMÆ STEGERI,

Lipsiæ ad D. Thomæ Ecclesiastæ;

ET

Virginis lectissima Florentissimaq;

**JOANNÆ MAGDALENÆ
WELSCHIÆ,**

Amplissimi, Consultissimiqve Viri, Dn.

**CASPARIS MICHAELIS
WELSCHII,**

U. J. D. & summi Dicastarii Electoralis Saxonici:

COLLEGII item Jctorum Assessoris olim

Lipsiæ Gravissimi, &c.

FILIAE,

EPITHALAMIUM.


Interprete

M. Jo. Carolo Neuschellero, Reutlingensi.

clō lbc LVIII.

L I P S I Æ,

Typis JOHANNIS E. HAHNII.



Iderat atrato misceri mummure cælum,
Pieridum lectâ Phœbus comitante coronâ,
Quâ sensim angustus Plisna sociatus Elister
Laxius in spatium spumosis volvitur undis:
Intonuisse polos, convulsaq; fulmine Sacra
Tecta (animus meminisse horret, luctuq; refugit)
Precipites spatio exiguo traxisse ruinas
Viderat. ingemuit graviter: planxere sorores.

Nulla, ait, ergò mee stirpis monumenta manebunt?

Et quicquid nostrum est, letum in sua regna vocabit?

Nil gemitu Pindi Lachesis devicta remittet?

Est via sublimis cælo manifesta sereno,

Hac iter est superis ad magni tecta Tonantis,

Regalemq; domum, magniq; palatia cæli.

Impetus ire tenet Phœbum, Divosq; movere:

Ire jubent capitum dispendia tanta Sacrorum.

Nec mora, Pieriis Nymphis Comitatus olympo

Accelerat gressum: venienti cardine vasto

Ceruleæ patuere fores, cæliq; refulsit

Concilium: proceres bis seni, Numina magna

Marmoreo gravitate pari sedere recessu.

Hic ubi constiterant vultus, Phæboq; Diisq;

Permutata salus, quantum mœrore licebat,

Talibus ora modis juvenilia solvit Apollo.

Quæ superi heu tantas commissa nefaria pœnas

Deposcunt? quod grande nefas has excitat iras?

Ordinibus pietate graves meritisq; colendos

Tristia fata viros quos non excidere Sacris

Lipsia Divæ opum, ac studiis cultissima nostris

Funeribus vidit? lacrumis nunc urget ademptos.

Egregiam verò laudem & spolia ampla refertis

Innocuum atque imbelle genus: mortalia Divos

Perdere, si clavis vicit sententia fixis.

Si veteris pietatis honos: si gratia restat,

Dii meliora: procul crudeles tollite leges.

Optatum miseris finem properate laborum,

Et firmate fidem, cælum quoque mitius Urbi.

Vos petimus pariter votis cedentia nostris
Sidera celsa, minas funestas ponite tandem.
Dixerat. ingenti tremuerunt cerula nutu.
Motus erat dictis Phœbi Dominator Olympi,
Protinus axe caput placidum demittit ab alto,
Nubibus ignivomis, nimbisque Aquilone remotis
Aurea turbatis Hyperionis ora reducit.
Auspicio meliore jubens procedere menses.
Dii studiis ut quisque valet ardentibus adsunt.
Ipsa etiam Lachesis fugitiva stamina vite
Mystarum reliquis ingenti munere Divum
Prorogat, & seros ad postera digerit annos.
Das fidei documenta simul testata favorem
Pronuba: signantur thalami concordæ jugales
Federe; quo coelo, si verum impune fatemur,
Non pretio veniam poteras majore mereri.
Tum verò immeritos luctus in gaudia dudum
Ante alios Cytherea parans convertere, natum,
Vel Divis puerum metuendum affatur amorum.
Egregiâ famâ juvenis, virtute coruscâ,
Gloria Apollinej nuper (de nomine nomen
Deliaco fingunt) coetus, nunc Auspice summo
Munia sacra domus coelestis jussus obire:
Ille regens dictis animos & pectora mulcens,
(Nobile STEGERO nomen fecere parentes)
Sidereos vultus, & Candida Virginis ora,
Luminaq; Eois equale nitentiâ gemmis
Ardet amans; votoq; suo nunc posse potiri
Votum habet hoc unum: nam captus imagine formæ est.
Ceu mea TRIPOTAMOS nymphas alit ordine longo
Eminet una inter reliquas formosa JOANNA,
Hæc flammæ juveni, tacitos hæc excitat ignes.
Hanc tu falle puer, & tedas confice letas.
Dixit. utrâque manu, facibusque & vulnere Divum
Nobilis acceptis mandatis ocyus ales
Terq; quaterq; oculos defigit in infera mundi,
Quærit JOANNAM, conspectæ protenus alis
Advolat, eliso percussis aere pennis.
Dum nimium secura tui te posse latere
Credis, nec quid hymen, quid sint connubia curas

)(2

Accipe

Vos

Accipe vulnus, ait. Sonuit gravis arcus ab ictu,
 Per via non uno patuerunt pectora telo,
 Ingeminat decies aurata tela pharetra
 Sævus amor; nec flamma manu jactata fefellit.
 Sentit inexperta virgo vestigia flamma,
 Vulnus alit venis, lentosq; incusat amores,
 Nunc virtus animo juvenis, placidiq; recursant
 Mores: infixi delectant pectore vultus.
 Non placidam fessis membris dat flamma quietem,
 Hic tandem ignis, ait, non est medicabilis herbis,
 Hos mihi vel nemo, vel qui præcordia lesit,
 (Tanta vales metuende puer) bene leniet æstus.
 Quam non humani servat solemnia ritus
 Cœlicolis curatus amor? maturat olympus
 Jussa sibi: Divûmq; cohors tibi læta SODALIS
 Connubia expediunt, quæ totâ mente petisti,
 Ac pretium excubiis statuunt, vigiliq; labori.
 Vivite felices animæ, felicia corda,
 Vos jam portus habet, nec vobis invidet ullus
 Quâ dignâ virtus meruit mercede potiri.
 Quin ipse Oceano properat se tingere Titan,
 Vesper adest pariter votis, sperataq; dudum
 Gaudia formosa spondet STEGERE JOANNAE.

F I N I S.



Accipe

COLLEGII CONCIONATORII MAIORIS
In Nuptias

Viri Reverendi atque Clarissimi Domini

THOMÆ

Lipsiæ ad D. T

JOANNÆ M
WELS

CASPARIS
WEL

U. J. D. & summi Dica

COLLEGII item J
Lipsiæ C
F J

EPITHA

M. Jo. Carolo Neusc

Typis JOHANN



ERI,

ENÆ

IS

axonici:

ensi.

